

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

67. Comparantur in actione & successu eloquentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

50  
sunt, nec tamen sine v̄su, & exemplo sunt pro-  
lata.

**Cōparātur** in figura. Quod ad figurā, & dicendi lumina attinet,  
multo plura, eademque illustriora sunt in Ci-  
cerone; Nam quæ a Demosthene videntur in-  
choata, leuiusque per recta, apud Latinum ora-  
torem numeros omnes, & quasi cumulum ca-  
piunt perfectionis. Dionylius Longinus laudi-  
bus effert in eccl̄m διατύπων Χρύσον Demosthe-  
nis, quo defunctorum in Marathonē animas  
implorauit, & per easdem iurauit. οὐ μέτρον  
Μαραθῶν προμηνεύσαντος. Videtur, inquit,  
Demosthenes diuino spiritu affatus in hanc  
figurā erupisse: Quasi verò Eupolis non  
hoc ipsum ante Demothenem dixerit in co-  
modia:

οὐ γὰρ μέτρον Μαραθῶν τὸν ἐπίλιον πάχειαν,  
Κακοὺς τοῖς αὐτοῖς τείνουσιν ἀλγήνειν κτλ.

Cicer. in  
Milon.

Sit illud vehementis, ramen ad motum conci-  
sum est, quanto illud Ciceronis amplius, qui  
non tantum animas mortuorum, sed tumulos,  
& aras, & templū, & lucos obtestatur: Vos  
enim Albani tumuli, atque luci, vos, inquam,  
implorato, atque obtestor, vosque Albanorum  
obruta aræ sacrorum P. R. socie, & æquales.  
Quæ splendide, & grauitet supra Demos-  
thenem figurata.

Demosth.  
in Aiph.  
17.8.

Deinde afferatur illa ab eodem Longino πρό-  
σωπων αὐτ. μινδέν, seu apostrophe contra A-  
ristogitonem, v̄tingens vehementia, & graui-  
tatis exemplum, Κακοὶ εἰς οὐτοὺς χάλινοις ὅρ-  
γεινέσθαι φαινεται, τοῦτο οὐδὲ θελητὸς, οὐτούς  
χρ. αὐτοὺς εἰδεῖν οὐδὲ οὐρανούς εἰδεῖν τούς νό-  
μους; οὐδὲ μαρτυρᾶτε πάντων τὸν τρόπον ἀνθρώ-  
πων, κακόφυτοις. Τὸν τοῦ παρρησίας οὐ κακλί-  
σινούσθαι φέρετε, η παρανοίειν ἀντεῖ, ἀλλα το-  
σούτις καὶ ταλακτεῖς δράματα, καὶ τετραν παρα-  
τῆσθαι κακέντεν, ταῦτα εἰρόν τετρων βίᾳ;

Cic. in Pi-  
fon.

[Et nemo vestrum succensere, atque iraf-  
ci videbitur ijs, quibus execrandus ille, &  
impudens homo leges violat? (qui) δι pessime  
omnium hominum, conclusa iam tua auda-  
cia, non clathratis foribus, quas forte quis a-  
peruerit, sed tē, & tantis multis, quæ ad τεδε  
Dea collocatae sunt, etiam intra hæc vim mo-  
litis?] Quidam Cicero cuiusdam motus impetu-

etiam, & horros, quæ narratiæ erant inchoa-  
ta, statim imperfecta adhuc sententia relata,  
præ animi æltu, & feruore conuerit sermonē  
ad Antonium: O audaciam immanem tu in-  
gredi illam domum ausus es? tu ilhū sanctissi-  
mum limen intrare, tu illarum ædium Dij Pe-  
natibus os importunitissimum ostendere! &c.  
Planè robusta, gravia, incensa, quibus nihil si-  
mile apud Demostheneum repertus.

Laudatur item illa imago, & descriptio Pro-  
cerum Philippi, & Alexandri, quæ est in nobili oratione pro Ctesiphonte. Αἰρεψαντο μάραρι, τὸ δακοπεῖς, τὸ κόλακες, ήτοι κριασθένεις, τὰς  
έπιτελες ἔργοις τὰ Σίδαις, τὸ θέλεοθεριαν προπο-  
πώκτες, πρότερον Φιλιππον, οὐδὲ Αλεξανδρον,  
τὴν γαρ οὐεζούτης καὶ τοὺς διπύλιοις τὸ κύδαιμο-  
νιον. Sed quæ portio nobilissima illius de-  
scriptionis Catilinarij exercitus collecti, ex  
senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusti-  
cis mendiculis, ex decoloribus, ex ijs qui va-  
dimonia deserere, quæ illum exercitum, ma-  
luerunt, &c. vbi varijs varijs suis coloribus  
pingit Ad summum rara illa & admirabilis fi-  
gura, quæ est in eadem oratione de Corona,  
& laudatur ab Hermogene: Οὐκέπον οὐ ταῦ-  
τα, οὐκέποντα, οὐδὲ τραύματα, οὐκέποντα  
επιτελεῖς, οὐδὲ τραύματα, οὐκέποντα.

Num verò apud Ciceronem illustrior? Ne-  
que verò se populo solum, sed etiam senatu  
tradidit: neque senatus modò, sed etiam pu-  
blicis præsidis, & armis: neque his tantum,  
verum etiam eius potestati, &c. Sed de his ple-  
nius in tractatu de figuris.

Comparantur in actione, & successu elo-  
quentia.

## CAPVT LXVII.

DEmosthenis quidem, & Ciceronis oratio-  
nes, quæ literis extant consignatae, multis plus arch.  
iudicium, actio, quæ eum ipsis interjet, omni-  
bus desiderium reliquit, quæ si exaratus elo-  
quentiae monumenta imprimere potuissent,  
minus laboremus. Constat Demosthenis  
actionem inирlo satis infelicem, populoque  
Atheniensis inuisum fuisse. Ex quo cum semel  
explosus ē foro domum se obvoluto capite, &  
mōsto animo recipiteret, sequutus est eum Sa-  
tyrus mimus, à quo comiter appellatus, & de  
suo mōrore interrogatus, lamentari cœpit, se  
omnium oratorum laboriosissimum esse, &  
infer-

<sup>2</sup>infelicissimum, qui cum vigorem corporis in exercitationibus eloquentiae penè consump-  
fuerit, pastoritia fistula exciperetur à populo, Nautæ vero temuleuti suggestum tenerent, & regnauit in foro. Quo audito Satyrus pe-  
tit, num aliquos Euripidis, aut Sophoclis ver-  
sus tenuerit memoria? Et perbellè, inquit De-  
mosthenes, mox eum recitatem audiuit, ve-  
cemque inconditam, & vultum, & gestum  
oratoris reformauit, finxitque in melius: ex  
quo non mediocrem actionis fructum. Demo-  
sthene est consequitus. Quantam sibi vita fa-  
ceret, declarant illa, quod indecorum humeri  
mucum suffixo versiculo coercuerit: quod in  
spelunca, dimidia parte capitis rasa, ad foun-  
dam laboris assiduitatē abdiderit, quod se Ne-  
optolemo mimo decem millia drachmarum  
dederit, ut integrorum verborum ambitus uno  
spiritu pronuntiaret: quod denique calculis  
ore infertis sèpè multum, ac diu loquutus  
fuerit. Hæc quidem naturæ parum felicis in-  
dia exiterunt.

Ciceroni promptior vis, & alacritas fuit,  
nisi quod laterum imbecillitate non nihil ini-  
tio laborauit, quod continua exercitatione  
in eloquentia puluere tritus, ita emendauit, vt  
inter omnes oratores, si quando multi dice-  
rent, ad perseruationem, in qua vehementiores  
essent emissions, & vox cōtentior reseruare-  
tur. Vt illi cum Roscio Comœdo, & Aësopo  
tragœdiarum actore, non parum contulit ad  
actionem, sic Demostheni satyrum perutile  
fuisse nouerat. Credibile est certè ambo  
oratores tanto, & tam acris studio, continua-  
que exercitatione, à qua non honorum decur-  
sus, non atatis flexus auctorabat, ad summam  
agendilaudem effloruisse. Cum præseruum ad  
vtrumque audiendum, magni ex Græcia, tota-  
que Italia concussum ficerent. Verum ut in alto  
quoque mari grandiora pīscium corpora vi-  
funtur: sic M. Tullius cum id noctus esset im-  
perium, quod iisdem quibus orbis regionibus  
erat definitum, ipseque per omnia honorum  
curricula deuenisset, ad illud tandem dignita-  
tis fastigium deuenisset, quod nomine Consulatus  
re ipsa Dictatura exiit, longè vberiores,  
aque illustriores eloquentia successus reli-  
quit, quam Demosthenes, cui & vrbis foren-  
na contractior, & morum, seruumque gestarum  
ratio, ad tantum gloriæ apicem deuenire  
non permiserunt, nū quis forte concitatos à  
Has tamen Demosthenem in Philippum Macedonem, tam  
rū gesfas infeli ci exitu concionum fluctus, cum tot

clarissimis M. Tullii rebus gestis velit compa- <sup>Demosth.</sup>  
bare. Cicero, vt ipse iure prædicat, senatu, & <sup>ext. 7. a. ali-</sup>  
bonos omnes, legis Agraria, maxima, unique <sup>qua</sup> <sup>dece-</sup>  
laigationum metu liberauit. Agrum Campa. <sup>donica hi-</sup>  
num conseruauit: potentissimus viris, qui ita <sup>teria Luci-</sup>  
tum reip. consuluri videbantur, tanquam <sup>annua exag-</sup>  
<sup>gerat in De-</sup>  
tonum suum collegam cupidum prouinciaz, <sup>moffb. en-</sup>  
multa in repub. molientem, patientia atque <sup>comio, sed</sup>  
obsequio mirigauit: Catilinae coniurationem <sup>nimus ora-</sup>  
vnam, post septingentos fermi annos, à qui <sup>sorit. imo</sup>  
bus Roma condita erat, periculosisimā, atque <sup>posseb.</sup>  
fauorisssimam extinxit, & intērata iugulis ci-  
uitatis tela coniuratorum nefarijs manibus  
extorxit. Et quod magna authoritatē fuit, O-  
ctauium Cælarem adolescentulum exercitibus  
Romanis prætegit, Imperatorio titulo ornauit, Antonium Consulem elegit, & profligauit  
de culis salute iam tunc erat conclama-  
tum, si Augustus in fide steruisse, sed quem non  
potuit viuam, vltus est etiam mortuum, &  
Ciceronis cineres in Antoniorum perpetuum  
dedecus. Cæsare ipso ita dispensante surrexe-  
runt. Concludamus hunc locum cum Plinio, <sup>Plin. lib. 7.</sup>  
Te dicente, legem Agrariam, hoc est, alimenta  
sua abdicauerunt tribus: te suudente, Roscio,  
theatralis auctor legis, ignouerunt, notataf-  
que se discrimine sedis, æquo animo tulerunt:  
te orante, proscriptorum liberos petere pu-  
dit, tuum Carilina fugit ingenium: tu M.  
Antonium proscriptisti. <sup>salutis primus omnium</sup>  
<sup>parens patriæ appellate</sup>, primus in toga trium-  
phum, lingueque lauream merite facundæ,  
Latiarumque literarum parens: atque, vt Di-  
ctor Cæsar, hostis quondam tuus, de te  
scriptis, omnium triumphorum lauream adepte  
maiorē, quantum plus est, ingenij Romani  
terminos in tantum promovisse, quam im-  
perij. Carteros comparationum locos vide in  
tractatu de imitatione. Nunc Ciceronem et  
iam cum eminentissimis alijs Græcorum au-  
thoribus conseruamus.

## Comparatur cum Thucydide.

## CAPUT LXVIII.

Tres sunt præcipuae in Thucydide virtutes, <sup>Tres præci-</sup>  
quas Orator noster non modo accurate est <sup>pue Thucy-</sup>  
mitatus, sed etiam feliciter superauit. <sup>didi virtus.</sup>  
Prima est vīta, innata sensuum generosi-  
tas, in quibus nihil humili, nihil demissum,